

und de genne, de uns ock wedderumme plichtich syen, mochten betalen, darmit sich nyemanz aver uns thobeclagen hebbe. Bydden derhalven j. e. l. und g., daß j. e. l. und g. unsere noithwendige schamelheit und gelegenheit ihunder mit gunsten beherzigen und betrachten, dewyll wyr doch nicht wyders begeren tho handelen ofte to lenen, dann allene unsere pennynge tho verteren, bis wyr unser armoit geslotten haben, und einen ideren geflichtet haben. Wan schon einer qweme, de aver dusent myle her weer, und hebbe wes myt eynen thodoen und welde syne pennynge verteren, man werde em je nicht recht weigeren. Was wyr schamelen jodden duffer unserer flitiger anligeren bidt mochten van j. e. l. und gunsten getrost werden, bogen wyr eyn troistliche antwort. Dem almechtigen sy j. e. l. in landleven, geluckjelligen regimentz steh befolgen. Gegeben up mandach n^ha jubilate anno d. 54. J. e. l. und g. ganzwillige sempliche jodden tho Münster.

Dr.

Zwei alte Gebräuche der Kollegiatkirche zum h. Martinus in Münster.

Von Dr. Hunsdens.

Im Ordinarius der Kollegiatkirche zum h. Martinus sind zwei alte Gebräuche verzeichnet, die der Vergessenheit entrissen zu werden verdienen. Der eine wurde geübt am grünen Donnerstage; zum Andenken an das letzte Abendmahl geschah feierliche Weihung von Brod und Wein, sowie die Verteilung an die Stiftsgeistlichen und die Gläubigen. Eine andere fromme Sitte galt in der Vorbereitungszeit auf das Fest der Geburt des Erlösers, es brannten zwei Adventskerzen, die auch noch bei den h. Messen in der Christfestsnacht angezündet wurden.

1.

Die Feier am grünen Donnerstage.

Solemnis ritus coenae dominicae ac ordo sacrorum canonicorum, qui die Jovis sancta ad horam primam pomeridianam convocatis adhuc de more crepitaculis omnibus et singulis canonicis, vicariis, ludimagistro una cum pueris choralibus modo praescripto in sacratissimam memoriam illius coenae dominicae, quam salvator noster ex hoc mundo ad patrem discessurus cum charissimis discipulis suis habuit, in qua quidem divitias divini erga nos homines amoris sui velut effudit, memoriam

faciens mirabilium suorum, ea qua decet reverentia, modestia ac devotione in collegiata ecclesia ad s. Martinum observatur et habetur. Imprimis custos vel aedituus iuxta praescriptum certi alicuius indicis seu registri hoc libro contenti, omnia et singula tum in summo altari tum in domo capitulari requisita cum apparatu diligenter praeparabit ac disponet. Quo praevio dominus sacellanus pallio choralis indutus, una cum levita dalmatica amictus, ad summum altare progreditur subsequentes preces nec non collectam seu benedictionem adhuc sacrosanctum evangelium secundum Joannem cap. XIII. decantando. **Unter Gesang wurden darauf nicht die Füße, sondern die Hände gewaschen.** Manus dominorum canonicorum primum a decano abluuntur atque a domino seniore canonico cum signaculo † linteo absterguntur. Hinc ordine ad mensas coenae dominicae in domo capitulari praeparatas accumbitur atque evangelium s. Joannis a capite 13. usque ad 15. per levitam recitatur.

Über den ritus cenae dominicae ex veteri more celebrandus in ecclesia nostra heißt es an einer anderen Stelle ausführlicher. Hora igitur secunda pomeridiana facto per aedituum nostrum in domo capitulari consueto apparatu manibusque dominorum confratrum per decanum vel duos seniores canonicos ordine ablutis, extersis atque deosculatis primo ad summum altare evangelium per diaconum canitur, postea sacellanus hebdomodarius panes ac vinum altari impositum benedicit et consecrat, deinde thurificatur. Vicarii ad pulpitum in medio choro responsoria decantant, quibus fere absolutis canonici stolati coenaculum ingrediuntur ac mensae accumbunt, propositis panibus per eos frangendis, postea pueris distribuendis, cuilibet vero canonico proprius panis ministratur et vinum argenteis nostris crateris propinatur. Mox vicarii, sacellani et templarii subsequuntur, suaeque mensae consent ac discumbunt, sic pane et vino reficiuntur. Interim per diaconum lectio evangelica habetur ex Joanne evangelista. Extunc eo dicto evangelistae receditur. Sub hac coena duo vicarii cum aedituo, ubi opportunum fuerit, sacrarium egrediuntur; ac panem triticeum frustillatum per dominos in mensa comminutum nec non duos cantharos vini plebeculae singillatim distribuunt ac propinant.

Folgende Einzelheiten geben zu diesem Ritus eine willkommene Ergänzung. Custodis est adferre panes a pistore dominorum de capitulo inter canonicos, vicarios, custodem et subcustodem, ludimagistrum, provisores ecclesiae et duodecim scholasticos duosque primarios nec non turibularium distribuendos et quatuordecim vini cantharos, quorum venerabilis dominus decanus sex, bursarius canonicorum sex et vicariorum

bursarius duos procurare tenetur. Dato signo hebdomodarius stola et cappa indutus accedit altare et benedicit aquam. Praecedentibus duobus primariis crucem deportantibus et thuribulario accensis duobus cereis in summo altari hebdomodarius incipit benedictionem coenae dominicae cantando: Suscepimus deus misericordiam etc. Et inter cantandum responsoria per custodem curatur pelvis et aqua cum duobus mantilibus in armario et sic primum per venerabiles dominos decanum et scholasterem lavantur canonicorum manus et extergentur. Hinc senior et proximus ab eo vicissim lavant domini decani et scholasteris manus. Itemque duodecim scholasticorum manus, qui duodecim apostolorum personam repraesentant. Peracta lectione et finitis cantionibus iter ad domum capitularem atque in mensa canonicorum et vicariorum apponuntur duo magni panes tritici ex uno schepelino cum duobus cantaris vini, pauperibus et virginibus in templo tunc praesentibus per duos vicarios, per custodem et juvenem distribuendi. Cuique canonico praesenti, vicario, ludimagistro, custodi, subcustodi, provisoribus ecclesiae et duodecim pauperibus scholaribus, duobus primariis et thuribulario suis cuique datur panis. Nach Tibus kam im Domstifte am grünen Donnerstage eine doppelte Fußwaschung vor: die erste am Vormittage an den Zwölfmännern, die zweite des Nachmittags im Kapitelsaule. Bei der letzteren wuschen die Geistlichen sich gegenseitig die Füße. (Die Jakobipfarre in Münster S. 94 f.)

2.

Die zwei Adventskerzen.

Über diese berichtet der Ordinarius also: Duae tetae una quidem in choro expensis bursae, altera in navi ecclesiae sumptis templariorum accenduntur singulis quibusque vespertinis precibus per adventum adeoque matutinis divinis natalis domini nostri Jesu Christi solemnibus officiis. Für ihre Aufstellung dienen duo lignea oblonga candelabra croceo seu luteo colore appositisque sententiis sacris affabre depicta. Die Bedeutung wird beim h. Weihnachtsfeste, wie folgt, hervorgehoben: Item in mysticum signum nati coruscantis istius luminis, quod omnes huius mundi tenebras fugavit, ac omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, duae illae tetae supradictae, quas die advents kerzen appellant, per primas vespertinas ac matutinas preces nec non antelucanas missas natalis domini accendentur,